



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Constitvtiones Et Declarationes Examinis Generalis Societatis Iesv

Romae, 1570

De Alio Examine indifferentibus accomodo. Cap. VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68423)

## DE ALIO EXAMINE

indifferentibus accommodo.

## Cap. VIII.

1 **A**D maiorem illius notitiam, qui ut indifferens examinandus est, ut omni ex parte, cum maiori cognitione & luce in Domino procedatur, instruendus idem erit, & admonendus, quòd nullo tempore nec ratione potest, nec debet\* prætere, nec tē-

**A**re nec ratione potest, nec debet\* prætere, nec tētare directè, nec indirectè potius hunc, quam illum gradum in Societate; nimirum non potius Professi, vel Coadiutoris spiritualis, quàm Coadiutoris temporalis, vel Scholastici: Quin potius perfectæ humilitati, ac Obedientiæ locum dando, omnem sui ipsius curam, & ad quod officium, uel gradum sit eligendus, suo Creatori & Domino, ac eius nomine, & pro ipsius amore ac reuerentia ipsimet Societati, vel eius Superiori debet relinquere.

2 Postquam sic fuerit admonitus; interrogetur, An se omnino sentiat indifferentem, quietum, & paratum ad inseruiendum Creatori ac Domino suo in quouis officio, uel ministerio, quod ei Societas, uel eius Superior cōmiserit. Interrogetur etiam, si Societas

*In Cap. VIII.*

**A** ¶ **C**um tamen aliquid constanter eis sese offerret, quod ad maiorem Dei gloriam fore iudicarent; post orationē simpliciter Superiori proponere poterunt, ipsius iudicio omnino remmittētes, nihil amplius procurādo.

si Societas

si Societas, uel eius Superior illum uellet uacantem quidem animæ suæ salutem ad officia tantum inferiora & humilia semper applicare, an se paratum sentiat ad vitam omnem in huiusmodi officijs inferioribus & humilioribus in auxilium ac ministerium Societatis exigendam; existimando, quod ea in re obsequium & laudem præstat Creatori suo ac Domino; dum omnia ob ipsius amorem & reuerentiam agit.

Cum omnino ei placuerint omnia in Domino, quæ dicta sunt: instrui poterit, & examinari de reliquis iuxta aliquod examen ex prædictis, uel omnia illa; prout magis cõuenire videbitur; ut utrique parti in omnibus satisfiat, ac maiori cum claritate procedatur. Quandoquidem omnia instituta & ordinata sunt ad maius obsequium, & laudem Dei & Domini nostri.

F I N I S.

L A V S D E O.